



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Simon Tridentin. M. 24. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

S. SIMON TRIDENTIN. M. 24. Martii.

Terum hodie impietas odiis suis sanguine innocentis litavit, & cum Christi non potuit amplius, Christiani certè sanguinem fudit crudelis. Tridentum tragœdiam spectavit Egere Judæi, & principem Christi personam SIMON sustinuit, puerulus vix dum menses viginti novem natus. Matres omnes Tridentinæ illacrimarunt. Porro nomina præcipuorum carnificum sunt Moyses, Samuel, & Tobias, sancta nomina, sed improbissimi homines. Ex his Tobias, fortè lusitabundum ad ædes paternas SIMONEM, & blanditiis captum pullum in domū Samuelis nequam vultur asportavit. Tum verò convolavit cum Moysè reliquum corvorum agmen: uvæ, poma, & id genus illecebræ primò objecta lacrimanti. Tum denudatum corpusculum & injectum, quod vagitum strangularet, collo strophium. Mox sceleris auctor Moyses è genis particulam carnis forficibus princeps aufert, inde alii atque alii succedunt. Idem in dextrâ tibiâ factiratum. Tum denique in formam Crucis extensa victima omnium stylis ac cultris præda cessit, & sanguis sitim cruentam restincturus craterem exceptus est. Horam carnificina durat, cum SIMON è manibus tortorū in cælos evasit. Hodie meritò illi plaudit juventus, ut qui maxima patientem Christum tantillus nobis retulit.

Ex Ioan. Matth. Tiber.

Si tibi Iesvs semper in corde, & nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat: hic tibi sit cibus & potus, dulcedo & consolacio tua; mel tuum, deponens tuum, lectio tua & meditatio tua; vita, & mors, & resurrectio tua. S. Bern. in Form. Vit.

AN-